Hic ord. ep. 54. pr. 30. diac. 11.

Zosimus natione Grecus ex patre Abramio sed. a. 1. m. 3. XLIII
d. 11. Hic multa constituit in ecclesia. H. ord. ep. 8.
pr. 10. di. 3.

Bonifacius n. Romanus ex patre Iocundo presbitero XLIIII.
sedit a. 3. m. 8, d. 7. Hic constituit ut nulla mu-
lier aut monacha pallam sacratam lavaret
aut incensum in ecclesia poneret nisi ministri.
Hic ord. ep. 36. pr. 13. d. 3.

Caelestinus natione Romanus ex patre Prisco sed. XLV
a. 8. m. 10. d. 17. Hic constituit ut antiphona
ante sacrificium caneretur quod ante non fiebat
nisi tantum epistola beati Pauli recitabatur
et sanctum evangelium. H. ord. ep. 46. pr. 32.
di. 12.

Xystus n. Romanus ex patre Syxto sed. a. 8. d. 19. XLVI.
Hic incriminatur post annum et menses 8 a
quodam Basso et cum 56 episcopis purgavit
se et Bassus condempnatur. Hic ord. ep. 52.
pr. 28. di. 12.

Leo natione Tuscus ex patre Quintiano sed. a. XLVII.
21. m. 1. d. 13. Hic congregavit epos 1200 qui
exposuerunt fidem catholicam duas naturas
una in Christo, deum et hominem. H. ord. ep.
185 ¹/, pr. 81, di. 31. ¹/ post haec rasura

Hilarius n. Sardus ex patre Crispino sed. a. 6. XLVIII.
m. 3. d. 10. Hic sparsit epistolas de fide catho-
lica per orbem orientalem et confirmavit
tres synodos Niceni, Ephesini et Calcidonen-
sis. Hic ord. ep. 22, pr. 25. di. 6

Simplicius n. Tiburtinus ex patre Castino XLVIIII
sed. a. 15. m. 1. d. 18. Hic constituit ut ad
sanctum Petrum et sanctum Paulum et ad